



**Jacobi Alvarez de Paz Opera**

De Exterminatione Mali, Et Promotioне boni - Libri quinque

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Lvgdvni, 1613**

De custodia cellæ. Cap. 10.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](#)

Cæsarius  
lib. 9. de  
miracu-  
li. & 30.

cum magno feroce, cum magna reverentia assisse. Astas enim illi eidem sacrificio, quod Christus in arca crucis obculit Patri. Astas illi Domino, ad cuius præsentiam, immo & ad cuius nominis invocatione cœlestia, terrena & infera genuflectunt. Astas inter cœlestes spiritus, qui ad laudandum & honorandum Dominum cum ingenti exultatione descendunt: quidam reverenter te habeas, & omnia devotionis & attentionis impedimenta reicias? Per manus Sacerdotis tu quoque Domino incruentum sacrificium offers, & multa à Deo petis tum temporalia tum spiritualia subsidia. Vide an deceat summo Regi irreverenter sacrificium offerte, & necessaria ad vitam præsentem & futuram rapide postulare? Ad hanc autem reverentiam pertinet, ut eo tempore nihil alienum à Domino cogites, nihil omnino loquaris, non hue illucque circumpicias, sed oculos demislos, aut decenter in eo, quod efficitur, fixos habeas, non immodestè tussias, aut expuas, non indecenter perstrepas, sed in omnibus quiete & modestè regeras. Ad quod facit, quod Cæsarius Cisterciensis monachus scribit: Beatum scilicet Ambrosium plebem suum monere solitum, ut à tussi, & omni inquietudine temperaret, ne quoquo modo Sacerdotem verba canonis recitarem, & sacrificium offerente impedirent. Et si huius reverentia pars, ut quando genuflectendum est, genuflectas, quando standum est, rectus & non inclinatus, nec sedens es: & Ecclesia, aut tui ordinis ceremonias sicut in lituris obserueres.

Ad fugiendam vero distractionem, & habendam mentis devotionem, optio tibi datur, ut unum ex his que dicimus, eligas, vel nunc unum, nunc aliud ad augmentum fervoris assumas. In primis enim portatis meditari ea qua paribus Missa signantur, ut in introitu, desideria antiquorum Patrum in limbo detentorum, Missa aduentum expectantium, in voce, Kyrie eleison, nouies repetita, invocationem Trinitatis, & qua misericordiam postulamus: in hymno gloria, eam, quam Angeli Domino in eius natali cecinerunt, quando hominibus pacem annunciauerunt: & sic in ceteris, qua ex libris Ecclesiasticis, qui nusquam non habentur, poteris intelligere. Deinde, si hoc longum aut prolixum tibi videatur, Missam consideratione tua in quatuor partes diuide: Primam, usque ad oblationem, in qua confessio fit, & preces, ac doctrina Apostolica & Evangelica, & Symbolum alta voce recitatur, attente audi: &, si non ministras, ubi respondendum est Sacerdoti, submissè responde. In secunda, ab oblatione panis & vini usque ad consecrationem, aduentum Angelorum & quasi ingressum aulicorum cœlestium, qui venienti Dominio sunt astauri, meditare, & coram magnatibus cœlestibus pulchram ex terra contremisce. In tertia, à consecratione vique ad tempus proximum communioni, sacrificium illud tremendum Patri offer, tibi & tuis necessaria pete, & cor tuum in conspectu tui Conditoris effunde. In quarta à communione usque ad finem, emundationem ab omni peccato, & virtutum ornatum pete, & desideria Christum suscipiendo, si tibi concessum esset, accende. Tandem poteris per has quatuor partes aliqua mysteria ex passione Domini meditari, & dum Sacerdos secreto orat, vocalem aliquam orationem argenteum recitare, vel alio modo, prout Deus inspiraverit, tuam mentem exercere. Id solus, quemcumque modum teneas, nitaris oportet, ne ibi aut irreverenter distractus, aut rapide indenotus astes, ita ut nullum aut modicum fructum ex Missa auditione decerpas, & ex tam magnifico coniunctio tu solus famelicus & sibi bundus decedas.

Iacobi Aluarez operum tom. 2.

A

### De Custodia celle.

#### CAPUT X.



V D I T A Missa, cui, ut plurimum post matutinam orationem, assiduus, nisi necessitas aut charitas aliud agendum suadet, propera ad cellam tuam, in eaque, prout statim dicemus, bene occupatus mane, & amicam dulcissimam, aut sponsam charissimam, nunquam sine causa derelinque. Mira sunt, quæ à sanctis Patribus de cella dicuntur, rego, ut te ad eius amorem alliciam, vnam aut alteram sententiam eorum in medium proferam. Bernardus sic ait: Cœli & cellæ habitatio cognata est: quia cœlum & cella adiuvicem videntur aliquam habere cognitionem nominis, sic & pietatis. A celando, enim cœlum & cella nomen habere videntur: & quod celatur in cœlis, hoc & in cellis: quod geritur in cœlis, hoc & in cellis. Quidnam est hoc: vacare Deo, frui Deo: à cella enim ræpe in cœlum ascenditur, vix autem unquam à cella in infernum descenditur. Moriens enim vix aut unquam aliquis à cella in infernum descendit: quia vix unquam aliquis nisi in cœlo prædestinatus, in ea usque ad mortem persistit.] Thomas à Campis multa variis locis in cellæ commendationem scripsit, ex quibus unum tantum citabo. Bona cellæ, inquit, nequeunt sufficienter explicari, sicut nec detrimenti extravagantium. Custos cellæ, custos est lingue, non audi detractiones, non percipit rumores, non videt vanitates, non trahit ad levitatem. Bonus cella aut legit, aut orat, augebit, aut meditatur, aut scribit, aut corrigit libros, aut aliiquid aliud boni operatur. Bonus cella, cuius est cœli, amicus Dei, socius Beatorum Angelorum, cognitor secretorum, inspecto supernorum, viator tentationum, expulsor demonum, bellator viatorum, contemptor mundanorum, neglector curarum, professor quietis, obtentor pacis, amator scripturarum, speculator veritatis, gustator puritatis, continuator orationis, collector læctor meditationis, & destructor omnis euagationis. Cogita Deum, & te solum esse in mundo, & habebis magnam requiem in corde tuo. Memento quia Angelus inuenit Mariam in camera orantem, non foris cum hominibus loquentem, Nam qui appetit cœlestia secreta cognoscere, oportet eum ab hominibus elongari. Sic enim Moyles fecit, qui reliquis hominum turbis mansufo solus cum Domino in monte, ut legem Domini suscipere mereetur. Hæc ille. Sed si alios omittam, certe verba Ambroſij luculentissima non possum praeterire: Hic sanctus Pater ad Sabinum scribens, sic ait: Nunquam enim minus solus sum quācum cū solus esse video, nec minus orioſus quācum cū orioſus. Certè pro arbitrio arcello quos volo, atque adiungo mihi quos magis diligo, aut quos aptiores arbitror, nemo interpellat, nemo interpolat. Tunc ergo te magis teneo, & de Scripturis coifero, & prolixiorē simul sermonem serimus. Sola erat Maria & loquebatur cum angelo. Sola erat quando superuenit in eam Spiritus sanctus, & virtus Altissimi obumbravit eam. Sola erat, & operata est mundi salutem, & concepit redemptorem universorum. Solus erat Petrus, & totum per orbem consecrandum gentium cognovit mysteria. Solus erat Adam, & non est prævaricatus, quia mens eius adhuc erat Deo: postquam vero ei mulier adiuncta est, non potuit inhætere mandatis cœlestibus, & ideo se abiudebat, quando Deus deambulabat in paradiſo: & nunc deambulat in paradiſo Deus, quādo diuinæ scripturas

The. à  
Camp.  
lib. 1. de  
diffinit.  
claus. c.  
7.

Lucus 2.

Exod. 19.

Lucus 5.

Aff. 10.  
Gen. 2.  
Op. 3.

R r 2

lego.

Gm. i.  
3.

lego. Et quibusdam interpositis addit: Liquet igitur ex his, quia cum soli nos sumus, tunc nos offririmus Deo, tunc mentem ei nostram aperimus, tunc amictum fraudis exsumus. Solus erat Adam quando in paradiſo constitutus est, solus erat & quando ad imaginem Dei factus est, sed non erat solus quando de paradiſo electus est. Solus erat Dominus Iesuſ quando mundum redemit. Non enim legatus, neque nuntius, sed ipſe Dominus solus salutum fecit populum suum: etiā nunquam solus est ille, in quo pater est semper, unde & nos soli sumus, ut Dominus nobiscum sit.] Huc vſque Ambroliuſ.

Bor. ad  
fratr. de  
mōte Dei  
ad med.

Lib. i. de  
imitatio-  
ne Chri-  
ſi. c. 20.

Io. 3. 9. 18.

Dorothea  
Doſt. 13.  
Borſi. do  
laudibus  
eremi.

Si tanta ſunt bona cella quæ à patribus illis deſcripta ſunt; ſi tanta ſecreti cubiculi emolumenta, inſipientis hominis erit ad vitam spiritualem vocari, illud pothabere, & pro atris publicis, & pro diſcipliſibus non necessariis commutare. Hæc autem erga cellam obſeruabis. Eam admittit, & in ea habita, quam tibi prælatus assignauerit, & de loco cenobij ubi poſita ſit, aut de amplitudine, aut claritate, aut alia quauiſ commodity eius nequaquam ſoliciteris. Eſt enim quaſi ſepulchrum tuum, in quo, ſeculo mortuus es, vſque ad finem mortalitatis, & initium immortaliſ vita manſuras. Mortui autem de ſepulchri qualitate, de eius amplitudine, aut anguſtia non curant. Et potham in cella pulcherrima, & optimè adiuncta, per duos menſes habitaueris, ita menti illa pulchritudo veteraſcit, & communis ac despiciabilis fit, ac ſi omnino non ſubficeret. Ad adiunctionem quoque fratrū, & ad ſpiritu paupertatis, & ad feruandam pacem ſpectat, cellam quamcumque acceptare, & comodiſ eius non adhære. In cella tibi assignata, non ſuperflua, non pretiosa, non curioſa habeas, ne ex illis ſi à Bernardo ſuggillatis, qui celas non tam eremitas quam aromatiſ ſibi conſtruant; ſed neceſſaria, & vilia, & pauperi accommodata recondas. Sit in ea leetus pauper, ſella humilis, menſa ad libros compoſitionis ſufficiens, nulla & nullis taperibus ornata, candelabrum vile, libri neceſſarij, imagines crucifixi & Beate Virginis decentes, & qua modicis impensis habeantur. Vina verò, dulciamina, aut aliae res coemetibiles, horologia affabre facta; icones magni pretij, ſedilium multitudine, & alia huiusmodi, qua ſuperfluitate, aut curioſitate aut vanitatē redolent, a cellis ſeruorum Dei penitus regeſtentur. In hac cella ſic ut pauperē & contemptorē facili decet, ornata, manere aſſueſcas. Nam ut ſcīt quidam dixit: Cellā continuaſt dulceſſit, & male culto dīta tādium generat. Si in principio conuerſionis tuae eam custodieris, erit poſte tibi dilecta amica, & gratiſſimum ſolatium. Coge ergo te ipsum, ut in ea maneas, & ſapienti quodam a clanclo dolo temetipſum decipe. Ad quid nunc ſine neceſſitate cellam deſeram? quid extra illam niſi nouitates, & verba oicioſa & detracitoria, vel ad minus conuptionem temporis, vel alia, quæ me distrahan, inueniam? Nunc certe in ea maneb, poſt unam aut duas horas, niſi prius ab obedientia fuero vocatus, exibo. Nunc profecto voluntati mea ac lenitati mea [in hoc nido meo moriar, & ſicut palma multiplicabo dies.] Quantum enim apud me maneo, & ad vana non exeo, tantum diebus meitorum adiicio. His verbis & aliis ſimiliibus tanquam vinculis ſtrauifimus poteris te intra cella ambitum continere. Si haec nō ſufficient, iam te ipsum reprehende, & incitai tua timore conſtringe. Volute animo Dorothei ſententiam, quam modò ſubſi- ciā, ut ex illa tuum ſtatum agnoſcas, & quis affe- ctus te ex cella exturber, peruidas. Alius item cum ſenem interrogasset, inquit, vnde fieret quod ſibi

A moleſtum eſſet in cella ſedere, accepit: Quia nondum prospexit in futuram requiem, vel afflictionē: Si enim haec animo diligenter inſpicias, & mediteris; etiam ſi cella tua vermes ſeat, ut ad collum vīque immergearis in illis, ſuſtineres vīque abſque mo- leſtia, & vīla difficultate.

Erit autem tibi facilimū manere in cella, & ſu- viſſimum tecum commorari, ſi non deſes, & otioſus, & dormitioriſ in ea reſideas, ſed ſemper utileſ ſupereris. Nunc ergo ora, nunq̄ vīro pfalle, & pre- cationes tuas debite perfolue. Nunc libros ſpiritualiſ ſanctorum geſta, & historias Ecclesiasticas lege; nunc quibus incubuſti literiſ ſtude, & Theologiam, ſcri- pturam ſacram, ac precipue ſanctos patres euolue, vt ſcientiam comparatam ferues & prouehas. Nunc ſcribe, & ſcripta à te corrige: nunc (li opus tibi fuerit) ſcripta aliorum tranſcribe, aut in compendium redi- ge. Has ſtudioſas actiones, & alias huiusmodi ita- tuī religioſo congruas, & tuae neceſſitatibus accom- modatas prudēter aſſume, nunc intermitte, nunc ad illas redi, & has cum illis intermixe: ita vitæ pars in cella conuupta non ſolū vīlis erit, ſed plena in- cuditatis & ſuauitatis exiſtet. Et quia extrema fu- gienda ſunt, & non ad cella quietem tantum, ſed ad laborē & obedientiæ opera vocatus es, ita cellam diligas, vt nimil eius tranquillitati non adhæreas, ſed charitate aut obedientia voante fine vīla mēni contradictione eam dimittas. Id enim faciens ingre- dieris, & egredieris, & tā in ingressu quām in egressu paſcuia inuenies. Erisque ſimiſi animalibus illis qua- ibant, & reuertebantur, & tam in profectiōne quām in reuertiōne ſplendebis & ardebis in ſimilicuditinē fulguris coruſcatis. Hæc namque, quæ de amore cella diuina ſunt, non eo dicuntur, ut ad vīli occupatione, & debito labore te ſubtrahas, ſed ne con- tempta religioſa vita, poſt huius mundi diſtractions & inaneſ curioſitatis abeas.

In cellam ſic cuſtoditam & in vīlum ſanctorum occupatiōnem habitatam, quadrangulare optimè illa- lūtrificata elogia à Basilio & Laurentio Iuſtiniano deſcripta, quæ in cūndum erit audire. Basilius ſic ſcribit: O cella ſpirituale proſrus habitaculum. Namquid de ſuperbiſ faciſ humiles, de gulosiſ ſobrios, de crudelibus piōs, de iracundiis mites, de odioſis reddiſ in diuinā charitate feruentes. Tu odioſe lingua fixum, tu luxuriotis tenibus nitidæ caſtitatis adhibes cingulum; tu facis ut leues quicquid ad granitatem re- deant, ut iocofii ſcurrilitatibus parcant, ut vaniloqui & procaces ſe ſub diſtrictaſ silentij conſuetaſtigent. Tu ieiuniorum ac vigiliarum nutrix, tu patientia & pacis perfecciōnem custos, tu purissimæ ſimplicitatis magistra, ac omnino fraudulentæ duplicitatis ignora. Tu facis ut vagos quoque Christi catena co- ceat, ut in diſcipulati moribus à ſua ſe prauitate com- pefcant. Tu noſti homines ad perfectionis culmen euehete, atque ad conuincitatem ſanctitatis fastigium ſublimare. Tu facis, ut homo ſit integer, atque ro- tundus, ac nulla a ſemetiſo motum inqualitatē diuerſus. Tu etiam facis lapidem quadratum conſtruen- dæ videlicet cœleſtis Ierusalem manibus aptum, qui nimurū non ex morum leuitate ſe veratilē p̄breat, ſed fixus ſemper in ſanctæ religionis grauitate coniſtat. Tu homines à ſemetiſo extraneos reddis, & prius vafa vitiorum reflorere virtutibus fa- cis. Tu nigra, ſed formoſa ſicut tabernaculum Ce- dar, ſicut pellis Salomonis. Tu lauacrum tonsarum, tu ſicut [piscina in Hesebon.]. Oculi tui ſicut columbae ſuper riuos aquarum, quæ latē ſunt lota, & reſident iuxta fluenta plenifirma. Tu namque es ſpeculum animarum, cuius contemplatione ſe-

mens

Laurent.  
Iustinianus  
vita. fo  
llo. c. 12.

mens humana perspicaciter intuens, quod minus est, impletat: quod superfluum, reprimat: quod obli-  
quum est, dirigit, quod deformis, componat. Tu nup-  
tialis es thalamus, in quo sancti spiritus annulus tri-  
buitur, & coelesti sponso felix anima fœderatur. Re-  
eti diligunt te; & qui te fugiunt, veritatis luce priuati,  
quod gressus ponere debeant, non agnoscunt. Hæc  
quæ diximus, sunt verba Basili. Laurentius vero Iu-  
stinianus sic ait: Nemo ad planum narrare sufficit cel-  
lae præconia, quanta veniunt bona, quantaque per  
illam amoueantur incommoda. Est namque cella  
sponsi reclinatorium, virtutum custos, tranquillitatis  
portus, additamentum pacis, medela vitiorum, con-  
templationis locus, tabernaculum fœderis, nuptialis  
thalamus, hortus irriguus, paradisus deliciarum, coe-  
liana, schola scientiae, conscientia cathedra, magis-  
tra silentij, & spiritualis scala, usque ad polorum al-  
ta pertinens. In ea si quis absque tortore perficit,  
fugit lites, nescit odia, detractione non vacat, temera-  
ria iudicia minimè facit, abhorret otium, nec veretur  
mortem. Ei nunc Christi milites, qui vobmet Deo  
vouitis, & pro amore coelestium creui vastam soli-  
tudinem atque deserti antra incolitis, ut solitariae vi-  
tae perfectionem apprehendetate valeatis, cellulæ ha-  
bitationem diligite, illam tenete, illam amplectimi-  
ni, de ea, nisi virgine necessitate rationabili, seu cor-  
poris impellente infirmitate, vel fraterna suadente  
charitate, exire nolite. In eam vestre spirituales de-  
licie atque interne solatia. Ad ipsam, si contingat vos  
egredi, reuertimini quantocuyus, ne detrimentum  
aliquid patiamini, moram protelando ad publicum.  
Reuertimini, inquam, post iniunctum comple-  
temque exterioris operis ministerium, siue captata m  
sbleuationem fragilitatis humanae. E quidem si la-  
bore corpus attenuatum, si mens ex importunitate fuc-  
tit tentationibus fatigata, tribulationibusque de-  
pressa, proculdubio in cellulæ secreto congruentem  
reperiens pacem.] Sic Laurentius Iustinianus. Si igi-  
tur cellam sine causa deserfas, hæc omnia bona perdes;  
aridus, vanus, & distractus eris, si extra illam va-  
nis & prophani intendis. Nunquam (vt credo) vidisti aliquem vitum spiritualem sanctitatis amatorem,  
qui non esset amicus cellæ, publici (in quantum poterat) declinator, silentij lectator. Si tu ultra id quod  
status tuis requirit, necessitas exigit, discursus amas,  
per atria domus, immo & per vicos & plateas ambulas,  
quærensan non quem diligit anima tua, sed quem  
cupit curiositas tua, & confabulationibus, & confa-  
lutationibus vanis occuparis, nec vit spiritualis effi-  
cieris, nec te sanctitatis amatorem ostendes. Quia  
mentis puritas in officina puritatis, nempe in cella,  
comparatur, & spiritus pacatus & quietus, non in for-  
mis, neque in negotiis sacerularibus, sed in loco rebus  
spiritualibus apto, nempe in cella, conquitur.

### De studio literarum.

#### CAPUT XI.

Amb. lib.  
10. ep. 62. **N** cella orium vitandum omnino est,  
quia hostis est vniuersatum virtutum:  
nec manionem in cella monemus, vt  
in ea desides & segnes, sed vt bene  
occupati & magis negotiosi, quam ex-  
tra illam maneat. Non otio, inquit Ambro-  
sius, non somno merces paratur. Nullum opus  
dormientis est. Nullus fructus otii, immo magis  
dispendium. Otiosus Esau amissit primatum bene-  
dictionem, quia maluit cibum acquirere, quam

Iacobi Aluarez opus Tom. 2.

A querere. Laboriosus Jacob apud utrumque paren-  
tem inuenit gratiam.] Si ergo cellam incolimus, vt  
mercedem promereamur, & fructus colligamus sem-  
per duraturos, in ea non otio vacandum est, sed ho-  
nestis laboribus insistendum. Opera, quæ cellæ con-  
ueniant, iam suprà retulimus, ex quibus unum, nem-  
pe literarum studium, ad hunc locum pertinet: quo-  
nam post Missam summo mane celebratam, cui  
adolescentiores assilunt, statim, vt literis vacent, in  
cellam se recipiunt. Quin & ad sacerdotium promo-  
ti, nisi ad ministeria vocentur, aut orationem prote-  
tent, aut pensum horarum persoluant, literis vacant,  
vt munus suum, quod multam rerum cognitionem  
requirit, secundæ & fideleriter obeant.

B T u ergo ad literarum studia vocatus, & ab obe-  
dientia in addiscendis literis occupatus, rectam sem-  
per intentionem habe, & præstantissimum scopum,  
ad quem scientia dirigenda est, tuo labore præfige.  
Non discas, vt apud homines splendetas, non vt ma-  
gister & bene literatus nomineris, non vt magnus  
habearis, non vt præcipua pulpita, & insignes cathe-  
dras occupes, non vt ad dignitates tui ordinis, vel  
prælationes Ecclesiasticas prouocharis: quia hoc inge-  
ns vanitas est. Non discas, vt appetitus sciendi fa-  
tis facias, vt noua & subtilia scias, vt pulcherrimum  
rerum cognitione tuum tantum intellectum repleas;  
quia hoc inanis curiositas est. Sed disce, vt Deo pla-  
ceas, vt cius beneplacito, a obedientia præscripto te  
accommodes, vt Deum magis cognoscendo, arden-  
tius eum diligas, & seruentis illi seruias, vt idoneus  
minister Euangeli fas, & vt animas Christi sanguine  
redemptas, præcipue rudiores, & magis doctrinæ in-  
digas, ad illum per bonam vitam ire compellas. Ma-  
cula in omni panno foeda est, sed in pretiosissimo  
serico aut in mundissima bysso foelior: sic præpoten-  
tia intentio in omni humano opere mala est, sed in  
studio literarum nequior & intolerabilior. Quan-  
tum sit periculum eius, qui ad vanitatem studeat, doc-  
et sanctus lob. dam ait: Panis eius in vtero ipsius  
vertetur in fel aspidum intrinsecus: diuitias, quas de-  
uoravit, euomet, & de vête illius extrahet eas Deus. 1ob. 20.  
14. 15.

C Greg. 15.  
mor. c. 6. Scientia enim panis est, quo mentem nostram refici-  
mus, qui in fel aspidum conuertitur, cum ad vanitatem  
aut ambitionem ordinatur. Eamque literatus  
euomit, cum ex inani & arido corde depromens, sine  
villa vilitate audientium effundit. Et de ventre illius  
extrahetur, cum hominis insipientis labor sine pre-  
mio relinquitur: quia minime a suo conditore probatur. Hunc quidem sensum Gregorius indicat, & si-  
mul pericula literatorum suum honorem queren-  
tium declarat, sic scribens: Panis, Scripturæ faciat  
intelligentia non inconuenienter accipitur, quia me-  
tem reficit, et que boni operis vires præbet, & ple-  
rumque hypocrita eriam facili eloquij eruditii myste-  
riis studet: non tamen vt ex eisdem viuat, sed vt ca-  
teris hominibus quam sit doctus appareat. Panis eius  
in vtero illius in fel aspidum intrinsecus vertetur:  
quia dum de sacræ legis scientia gloriat, vita po-  
tum conuertit sibi in veneni poculum, & reprobus  
moritur, vnde ad vitæ eruditio videbatur. Neque hoc  
autem inconuenienter accipitur, quod nonnum-  
quam hypocrita, dum doctrinæ verbo ad ostensionem  
studet, diuino iudicio cæcatus, hoc ipsum, ver-  
bum præue intelligi, quod male querit.

D Studia vero literarum non iam ex vanitate, sed ex  
sola curiositate suscepimus, Hugo Victorinus inutilia  
& noxia vocat, & quis sit eorum fructus, exponit  
in hæc verba: Et ut aperte adhuc agnoscas, quam  
infructuosa, immo quam perniciofa sint studia  
hæc, animos non solum ad cognoscendam veritatem

Hugo l. 1.  
de vana  
ra mudi.  
ad finem.